



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiae, 1605

Illvstri Domino De Gerponville.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

ILLVSTRI
DOMINO DE
GERPONVILLE.



MULTA sunt Illust. Domine, qua
me ut literas has Iaponias, quas ex
Italo in Latinum verti, ad te mitti-
rem impulerunt, quae nunc commo-
morandi non est locus: Certè incre-
dibilis tua erga me beneuolentia ma-
ius aliquod illustriusq; mea erga te obseruantia postu-
labat argumentum. Verùm cum hoc tempore nihil
haberem, quod studium, quo teneor tibi obsequenti
satis declarare posset, existimaui ab officio non alieni
meo, annuas has Iaponias tecum communicare. Tu
namque cum sis à lingua cum latina tum Itala instruo-
ctus, & non vulgari rerum multarum scientia praedi-
tus, an sis rectè interpretis officio functus, optime
iudicabis; & quae his in litteris commemorantur, si-
quam falsa non aspernaberis, cum ipsarum scriptor
vir sit probus, claro apud Italos, loco natus, & Socius
qui in Iaponia Verbi Dei sementem facium, praepo-
tus. Tu praeterea, qui Regiones, quae ad Orientem Or-
entem sunt posita peragrasti, & Iudaeam, pietatis quon-
dam domicilium, nunc vero Turcarum tyrannide op-

piessam, oculis lustrasti, variarumq; gentium etiam barbararum mores diligenter perspexisti, caustidicorum illorum facile reprimes temeritatem, qui in Societatis nomen turpiter malucoli, lubenter Iaponiam omnem deletam cuperent, modò Sociis incommodarent: Sed stultitia sua penas tandem magno suo malo pendent, ac, si vera sunt, qua dicuntur, iam miseros homunciones infamia sua pudet. Nam cum hoc maximè nomine facere nobis inuidiam apud omnes cogitassent, quòd Academia Turnonia, quam Societas administrat, auditorum mille quingentorum numero floreret; Lutetia verò, quondam bonarum artium magistra, non amplius quàm octingentos numeraret, Sociorum laborem & industriam ingratis laudarunt. Cux tam pauci Lutetia discipuli, & adeò frequentes Turnoni? An porrò humanioris litteratura sunt ignari, (quod audacèter affirmarunt hi boni caustidici) qui ex Sociis iuuentutem ad humanitatem informant, solitudo illa Academia Parisiensis neminem dubitare sinit. Sed & hos Sociorum inuidos obtrectatoresq; monitos cupio, vt eruditionis sua nobis specimen dent, seque Antiquitatis Scriptorumque veterum litteratè peritos reapse doceant: quod si facere non possunt, desinant maledicere, Societatisque nostre pro CHRISTI Ecclesia susceptos labores vituperare. Tu verò Illustrissime Domine, qui accuratè illum Calvini Ministrum (cuius nomini parco) erudito sanè scripto refutasti, & frequenter

OO 5

quenter

RI
E

ine, qua
as, quaten
te mittit
o commu
rie incre
lètia ma
tia possu
pore nihil
sequenti
non alieni
care. Tu
ia instru
tia pradi
es, optime
antur. it
y scripto
& Soci
e, prap
ptem de
tis quom
mide op
pe-

quenter Calvinianorum captiones discutere conseruisti, fauebis, ut spero, Socius, qui in vestra Normannia Scholas dicuntur propediem habituri, me quoque ad vixero, nominis tui obseruantissimum habebis. Vale.

Ex Collegio Societatis IESV Antuerpia, Anno Domini MD. LXX. IIII.

Obsequentissimus in Christo
seruus,

IOANNES HATVS.

FRAN

